

zum Theil Auszug aus Isidor und längere Parteen aus dem *carmen de aequivocis*, ein kurzes *carmen de figuris*, einige Epitaphien, die bekannten Verse über den Nummus (vgl. Novati, *Carmina medii aevi* p. 39—41) und über die Weiber (vgl. *Anzeiger f. K. d. d. V.* 1878, XX, Sp. 257) nebst werthlosen Dingen.

Es folgt nun der Text der Gedichte:

I.

Audi, faex iuvenum, cuius sunt verba venenum,
Cuius opus caenum, cuius cor stercore plenum.
Quis sis, ipse vide: mala sic tua, non mea, ride,
Vel potius plora, meliorarique labora.

- 5 Tempore nocturno vigilas, dormisque diurno,
Laudas incestos et detestaris honestos,
Paucis contentos contemnitis, amas opulentos,
Infortunatos premis, extollisque beatos;
Tristis laeta vides et cernens tristitia rides;
10 Mens in momento duplici tua concita vento
Vult quod nolebat, non vultque, quod ante volebat.
Pransus te iuras gustasse nihil, neque curas,
Cum sis ipse satur, quicumque fame moriatur.
Frangeris adversis, et prosperitate superbis;
15 Nuptas corrumpis, scortis data foedera rumpis;
Ut fera concumbis, solitus non parcere lumbis;
Mavis stuprari quam quae solet inde lucrari;
Mentiri mavis quam portum tangere navis,
Deditus usuris es non sine crimine furis,
20 Adiunctus scurris cum fenore parta ligurris.
Convivas ambis, semesaue fercula lambis.
Vina prius potas et faeces postea totas.
Inde comesta vomis, ac vina recondita promis.
Ecce tuae sordes: alios qua fronte remordes?

II.

Obiurgatio amatoris puerorum.¹

Sordidus et foedus nimis est, et foetet ut hoedus,
Cuius amas tactus, turpis sibi culcitra factus,
Quem quotiens audes digitis emungere, gaudes,
Et quasi munus habes, cum te maculat sua labes.

I. fol. 1 u. col. II. 1: fex. 2: zenum. 9: lęta. 12: pransus — nichil. 15: federa. 19: Detitus. 19: crumine. 20: liguris (per compend.). 22: feces.

II. fol. 2 r. col. I. 1: Sorditus et fedus. 1: fetet ut hedus. 3: quociens.

1) Vgl. *Neues Arch.* XIII, S. 358.